

45.
46.

terram se proicientes stupendum cunctis videntibus specta-
culum proferabant. Tenebat autem non dubium pestilens
illa superstitio licet sub specie pietatis simulata ad hereses
et ad seditionem contra unitatem ecclesie et ad concitandum
in republica contra maiores atque rectores servilis tumultus
commotionem. Nam dicta nefanda secta hominum, ^{dum b¹} proce-
siones suas facerent, concionabantur ad populum quasi pro-
ponentes verbum dei, in suis sermonibus Cerum et statim
ecclesie convitiis lacerantes, accidebant alter alterius confessi-
ores sibi invicem penitencias iniungentes, deferbant
ad ecclesiasticam sepulturam tum suis ymnis processi-
onaliter mortuos suos absque ministerio sacerdotum.
Tactabant insuper de sua sanctitate se facere miracula,
quasi de obsessis corporibus demonia eicerent, et quod
aliquando mortuos suscitarent de se mendaciter confin-
gentes. Clementis igitur dei providentia, qui ecclesiam
suam ad probationis meritum templari patitur, sed non
perire, prefate false pietatis falsa superstitio nefanda,
sicuti subito violenta incursione in publicum subripuerat,
ita cum vix tribus durasset annis, subitare is ^{decremen-}
tis nedum deficiens ymmo potius cadens ab opinione ho-
minum sublata in totum evanuit quasi fumus.

Eisdem ^{a)} temporibus anno videlicet domini 1349 per mi-
versum regnum Germanie tumultu populari furente et
in seditionem concitato in omnibus civitatibus opidis et

^{a)} Interfectio Iudeorum in mag.
^{cod.}

^{b)} dum supplevi. cf. decretis ^{cod.}